



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Emendatus locus è secundo Politicorum Aristotelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

quæ ex parte aruim esse, notissimum est vel è Tibullo, cuius illud est,

Quantus & intonsos Taurus alat Cilicas.

Emendatus locus è secundo Politicorum Aristotelis.

CAPVT XII.

NOTA est lex Pittaci, qua cauerat, vt, qui ebrij peccassent, iis non modò pœna non imminueretur, sed duplaretur. Meminit eius Aristoteles tertio Ethicorum, secundo Rhetoricorum, & secundo Politicorum. Nisi quòd in politicis dicere videtur, id tantum constitutum in eos qui ebrij aliquem pulsassent aut verberassent. Ita enim ait: *Ἐβριετο ὃ ἢ πῖνται ὁ νόμος ἀμαρτυροῦς, ἀλλ' ἔπειτα νόμος δ' ἰδίῳ αὐτῷ, τὸς ἐβριετοῦς ἀν' ἐπιπέσει, μέγα ζημίαν ἀποτιθέν τ' ὑψηλῶν.* Quid igitur, si in alio aliquo genere peccauerint? An tantum tantum crescet pœna, si quem percusserint? Et verius est, idem in ceteris quoque peccatis constitutum. Nam & in secundo Rhetoricorum, *καὶ βόλου* dicitur, maiores pœnas statuisse, *ἢ ἂν τις μεθύων ἀμάρταναι.* Quare non dubito, quin locus ille è secundo Politicorum deprauatus sit, vt, vbi legitur *ἀν' ἐπιπέσει*, legendum sit, *ἀν' ἐπιπέσει*. Neque hoc vlla confirmatione egere arbitror.

Qui sunt versus ἰσόληθοι. Declaratum epigramma Græcum. Item aliquot quæstiones ludicræ, quæ apud Gellium proponantur, dissolutæ. CAP. XIII.

NON equidem vnquam cuiquam auctor fuerim, vt quærat apud Homerum versus *ἰσόληθος*: si quis tamen neque habet quod agat, & nihil agere non potest, indicabo ei, qui versus dicantur *ἰσόληθοι*: quos inquirere postea volet, præstabo, non defore illi vbi excerceat. Cùm igitur litteræ Græcorum etiam ad

Nicoret
Lectiones
III
25